Bdcc.
1670

*Viris Authoritate Præcipuis, Prudentia Celeberrimis*

*Venerandis* RICHARDO BELLINGHAMO, IOHANNI WINTHROPO, THOMÆ PRINCÆO — Confœderatarum *N. ANGLIÆ* Coloniarum — *MASATHUSET.* / *CONNECTICUT.* / *PLIMOUTHEN.* — *Primatibus.*

Unà cum omnibus in Regimine Politico in singulis Coloniis probè constitutis.

Nec minùs Reverendis Reipublicæ nostræ Ecclesiasticæ Rectoribus, Sacrorum Mystagogis, quibuscunq; etiam exiguis nostræ Academiæ cœptis benignè annuentibus, Artibus Scientiisq; liberalibus Πολυμαθησι, & Φιλομαθεσι

*Vobis, ut Literarum Patronis, Theses hasce submissi quas (aspirante Deo) sub tutelâ* Caroli Chauncæi *SS. Theol. Bac. Collegii* Harvardini *Præsidis, propugnandas suscepimus Juvenes in Artibus Tyrones.*

*Nathaniel Higginson.* *Ammi-Ruhamah Corlett.* *Thomas Clark.* *Georgius Burrough.* } D.D.DQ.

## THESES TECHNOLOGICÆ.

ARs est regula entis secundi, quâ operando ad ens primum redit, à quo prodiit essendo.
2 *Ars reflexa est phasma lucis divinæ resplendentis in nubem intellectus.*
3 *Ens à primo est artis fulcrum, ars entis in actione pixis.*
4 *Encyclopædia est circulus septem sectionibus, cujus centrum est Deus.*
5 *Regulæ artium in creaturis sunt radii sapientiæ divinæ.*
6 *Geneseos regula retrograda est regula progressus analyseos.*
7 *Artis varietas fluit ex varietate actuum rerum quos gubernat.*

## LOGICÆ.

LOgica est ars dirigendæ humanæ rationis juxta regulas rationis rerum.
2 *Inventio & judicium sunt intellectus gemelli.*
3 *Ratio & argumentum sunt parallela.*
4 *Causæ sunt effecti quatuor elementa.*
5 *Finis est causarum Primum Mobile.*
6 *Materia est principium subjectivum, forma effectivum actionis.*
7 *Contraria paribus inter se concurrunt telis.*
8 *Privatio est habitus apocope.*
9 *Similitudines non sunt Isosceles.*
10 *Genus summum est primum descendendo, ultimum ascendendo.*
11 *Genus subalternum est Janus Bifax.*
12 *Definitio est essentiæ perimeter.*
13 *Definitiones & distributiones sunt artium animæ.*
14 *Inartificiale argumentum est artificialis clavis.*
15 *Syllogismus est veritatis antipilanus.*
16 *Sophismata sunt paralogismi.*
17 *Methodus est ordinis archetypus.*

## GRAMMATICÆ.

ORatio est rationis clavis, ut ratio est orationis clavius.
2 *Etymologia est verborum inventio, Syntaxis dispositio.*
3 *Orthographia est bene scribendi Lydius lapis.*
4 *Consona absenti vocali est ἀγκυλόγλωσσ.*
5 *Vocalis est vocis Harmonia.*
6 *Opus potius dandi casum quàm auferendi postulat.*
7 *Fas est indeclinabile.*
8 *Verba vesticendi accusandi casum admittunt.*

## THESES RHETORICÆ.

RHetorica est Eloquentiæ uber, tropus & figura sunt papillæ.
2 *Tropus est dictionis exorbitans.*
3 *Ænigma est Rhetoricæ nodus Gordianus.*
4 *Aposiopesis est Enthymema Rhetoricum.*
5 *Synecdoche est iræ vagina.*
6 *Hysterologia est figura cauchrina.*

## MATHEMATICÆ.

ARithmetica concrescit quoad usum in cæteris Mathematicis.
2 *Novem notæ figurarum sunt Mathematicum Alphabetum.*
3 *Numerus est corpus aggregatum ex unitatibus.*
4 *Subtractio est avari manticularius.*
5 *Lineæ Parallelæ extensæ tantùm ad Græcas Kalendas.*
6 *Trigonometria est Matheseos vertebra.*
7 *Horizon est Solis gena.*
8 *Zenith & Nadir sunt Antipodes.*

## PHYSICÆ.

PHysica est prattomenon praxeos [illegible]
2 *Tempus est Hemerodromus.*

☞ *Non datur transmutatio Elementorum.*

3 *Concordia corporis mixti fit ex discordiâ simplicium.*
4 *Generatio & corruptio sunt Geneseos & Analyseos Physica.*
5 *Calor innatus & humidum radicale sunt vitæ gradus.*
6 *Corpus est Animæ Gazophylacium.*
7 *Homo est medium participationis naturæ constantis, & inconstantis.*

☞ *Anima Rationalis Creatur.*

## ETHICÆ.

☞ *ETHica est specie distincta a Theologia.*

2 *Ethica est bonorum morum pædagogus.*
3 *Virtutis via, respectu extremorum, jacet inter Scyllam & Charabdin.*
4 *Vitium est mentis declinatio ab æquatore virtutis.*
5 *Boni voluntas parens rationi, mali ratio voluntati.*
6 *Adulator est naturæ polypus.*
7 *Hypocrisis est pietatis Pa[illegible]*
8 *Intemperantia est rationis Tor[illegible]*
9 *Prodigalitas est divitiarum Epilepsia.*
10 *Avaritia est argenteus Hydrops.*
11 *Justitia est Mundi Atlas.*

*Cantabrigiæ Nov. Angliæ* die nono Sextilis Anno *M. DC. LXX.*